

55 Disp.II.Part.IV.de reliq. spectant. ad mat: I. 56

sed per modum partis non reddit ipsam materiam incomunicabilem, quia in ratione partis vna cum forma constituit compositum.

Obijcīs secundo. Quod non est ens actu, non est ens per se subsistens: sed ex Aristotele materia non est ens actu, ergo non est ens per se subsistens.

Respondens. Respondeo ex sibi dictis patere solutionem, dicendo materiam non esse ens actu Phisico, bene tamen Metaphysico, vnde ad maiorem: Quod non est ens actu aut Phisico aut Metaphysico, non est ens per se subsistens, concedo: at materia est ens actu Metaphysico; Aristoteles vero dictum debet intelligi de actu Phisico;

Non bene probat Ruuij, quibus probat materiam habere propriam subsistentiam, non valent, riam habere. Prima est, si materia non haberet subsistentiam, esset quia est pars: sed hoc non impedit; nam anima rationalis est pars, & tamen habet propriam subsistentiam, Respondebitur enim illud prouenire non ex eo quod sit pars, sed ex eo quod sit pars materialis, imo secundum communiorum opinionem formae materiales sunt partes, & tamen non habent propriam subsistentiam.

Secunda eius Ratio petitur ab authoritate Diuini Thomae sibi assertis creationem terminari ad esse subsistens, materia autem est creata, aut concreata, ergo est de se subsistens. Respondebitur creationi terminari adaequatè ad aliquid subsistens, scilicet compositum; vnde non terminabitur adaequatè creatio ad materiam, ac proinde non est necesse ipsam subsistere, Rationes ergo Ruuij nullius sunt roboris.

Partitio IV.

De reliquis spectantibus ad materiam primam.

Cætera, quæ à Phisicis & Physicorum examinari solent circa materiam primam sunt hæc.

Primum. An materia prima habeat appetitum ad omnes formas?

Secundum. An æqualiter appetat omnes formas, etiam eas, quas iam amisit?

Tertium. De proprietatibus materiae primæ.

Quartum. An potentia sit de essentia materia, an vero solum proprietates?

Quintum. An materia prima sit vna numero in omnibus entibus Phisicis sublunaribus? Dico sublunaribus, nam in libris de celo specialiter inquiretur, an Materia celorum & sublunarii conuenient specie? certum quidem est, quod sublunarii sit eadem specie in omnibus entibus Phisicis sublunaribus, sed dubitatur, an sit etiam eadem numero? quas omnes difficultates, quia non tanti reputari solent ponderis, breuiter perstringemus per quadam quæsita, quibus propriæ facili facientes responsones.

Quaritur ergo primo. An materia prima habeat appetitum ad omnes formas?

Respondetur communiter affirmatiuè. Ratio à priori est, quod cum materia prima sit pura potentia Phisica, pura autem potentia nullam includat formam, sequitur ipsam habere appetitum ad omnes formas.

Sed difficultas esse potest, an æquali appetitu

feratur ad omnes formas? An vero maiori propensione appetat nobiliores, quam ignobiliores? & hoc est secundum quæsitus.

Respondeo negatiuè, & haec Responso est magis communis. Probaturque, quia illas formas appetit æqualiter, quibus æqualiter compleatur & perficitur, materia potentia: sed æqualiter perficit & compleatur materia potentia ab ignobilioribus formis, ergo illas æqualiter appetit. Major pater, minor probatur, quia satis est materia, vt habeat formam illam, ad quam essentialiter dicit ordinem; sed tam ad nobilem, quam ignibilem dicit ordinem essentialiem, ergo æqualiter perficitur per ignibilem, atque per nobilem.

Confirmatur: ita se habet materia prima ad formas indiscriminatum, sicut se habet genus ad suas species, ceteri paribus; sed genus æqualiter fertur ad suas species; nam animal non magis appetit esse in homine, quam in bruto, ergo idem dicit de materia, imo habet appetitum, & potentiam ad formas præteritas, seu amissas quia habet potentiam ad formas, quas non habet, atque non habet præteritas, & amissas, ergo etiam ad illas dicit ordinem.

Non negandum tamen, quin materia ex informatione nobilioris formæ aliquam accidentalem recipiat perfectionem, sicut animal in homine dicit recipere accidentalem perfectionem præ animali, quod est in bruto; ita materia prima quæ est sub forma hominis, est accidentaliter nobilior è, quæ est sub forma cadaveris.

Sed dubium videtur, quo modo materia, quando est sub forma nobiliori, ignobiliori appetit?

Responso communis est, quia nulla forma eius appetit extensis satiat: deinde quia quantum vna forma sit perfecta, attamen nisi materia aliam appeteret, generatio non subsequetur ad corruptionem; quantumcunque enim perfecta sit forma sublunaris, attamen nata est relinquare materiam; quod etiam verum est de anima rationali, in quantum forma est corporis organici, nisi enim materia appeteret formam ignobiliorum, dum discedit anima rationalis, nulla forma ignobilior adueniret saltem naturaliter, ergo violenter, quod est contra Philosophiam. Certum itaque esse debet, quod sub quacunque forma sit materia sublunaris, attamen semper appetit aliam formam.

Contra id, quod dictum est nimis materialiam habere appetitum ad formas etiam amissas obijci solet: A priuatione ad habitum non datur regressus; seu impossibilis est regressus naturaliter; ad impossibile autem non datur potentia, ergo materia non habet potentiam, aut appetit ad formas amissas, quibus est iam priuata.

Respondebitur: A priuatione quidem ad habitum non dari regressum; negabitur tamen id prouenire ab ipsa materia, sed dicetur prouenire ab ipsa forma, quia quia perire, redire amplius naturaliter non potest, at materia propter hoc, quantum de se est, non definit ad illam habere potentiam & inclinationem, ideoque si Diuinus illa forma reproduceretur, subiectari posset in illa materia; imo subiectum potentiam visuæ in cæco appetit formam visuam.

Quoad

Num. 15.
Concluditur
quod æqualiter
appetit fer-
tar materia
ad formas.

Materia sub
nobiliori
forma nobiliori
appetit igno-
bilem.

Quomodo
materia ap-
petat etiam
formas a-
missas. Sol-
vuntur ra-
tiones in co-
trarium.